vel qualitercumque alienandi, niſi tantummodo frugiandi, poſt ejuſdem urſi ſacerdoti obitum; ſacerdos qui ibidem ordinatus fuerit eadem eccleſia ad regendum; eſſe in ejus poteſtatem caſas & caſalinas ipſas que in circuitu ejuſdem eccleſie ſunt, quam & valneum ipſum quod ipſe urſus ſacerdos facere cupit in ciſterna prephate eccleſie que eſt ante ipſa eccleſia, quam & vineam ipſa & horto uno teniente que eſt a foras prephata porta aurea, nec non & terre ipſe de jam dictis locis luceriole; & de petra magarita, ſeu & ipſis ſervis atque ancillis, ſimiliter & ipſis illud teniendi dominandi imperandi atque frugiandi, cuncti ſacerdotes ipſi qui pro tempore in ipſa eccleſia ad regendum ordinati fuerint, ſed & ipſis non habeant poteſtatem cuicumque dandi & quomodocumque alienandi niſi tantummodo .... frugiandi. Eo quidem ordine iſta que prefiximus atque ordinavimus, ut nec pars .... palatii; nec abbates cappellani qui per tempora in eadem eccleſia fuerint ordinati; nec quicumque alii .... in prefatis omnibus aliquam dominationem & poteſtatem habeant, ſed amodo & perpetuis temporibus cuncta quibus prelegitur eadem eccleſia ejuſque ſacerdotibus qui in eadem eccleſia ſedulum domino .... qualiter prelegitur illa omnia ſue detineant poteſtati, ſine ullius comitis, gaſtaldeis ſeu judicis noſtri, vel cujuſcumque perſone contrarietatem. Ut autem hec noſtra conceſſio .... veriuſque credatur manu propria ſcripſimus & anulis noſtris juſſimus ſigillari.

SIGNUM  DOMNI LANDOLFI GLORIOSI PRINCIPIS

Locus Sigilli.